1964

Iidem Magnifici Ossolinscy Coniuges in rem eiusdem Gnosi Mniszek Scriptum Roborant

177

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Magnifici Georgius de Teczyn Ossolinski Capitaneus Drohoviensis et Alexandra de Belzec Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus ac Bonis suis generaliter totaliter et plenarie incorporando atque submittendo, palam libere, publice, ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit, Quia ipsi et quidem praefata Magnifica Alexandra de Belzec, viri Tutoris Coniugalis supra scripti Magnifici Mariti sui, Consensu et authoritate, et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, Scriptum certum manuale, per se Recognoscentes in rem et manus Generosi Petri Pauli a Bużenin Mniszek Notarii Terrestris Praemysliensis, ratione certarum rerum et Conditionum in eodem scripto manuali contentarum, de Actu et Data illius hic Praemysli Die hodierna in Actis contenta confectum conscriptum et datum, manibus sui Recognoscentium propriis subscriptum. In omnibus et singulis eiusdem scripti manualis Conditionibus, punctis, clausulis, articulis vadiis ligamentis ac nexibus in Vniuersum omnibus, eidem Gnoso

Petro Paulo a Buzenin Mnißzek Notario Terrestri Premysliensi, ipsiusque Posteris firmiter tenere complere, exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque, et singulis eiusdem Scripti manualis contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit, satisfacere: Scriptum præfatum manuale ad Inscriptionem præsentem Roboratoriam et Inscriptionem præsentem Roboratoriam ad prædictum scriptum manuale transferendo in toto referendo, Idque sub damnis Terrestribus, simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis per eosdem Magnificos Recognoscentes vel eorum Successores supramemorato Petro Paulo a Buzenin Mniszek Notario Terrestri Premysliensi vel eius Posteris ob non completionem contentorum scripti præfati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter taxatis, modo præmisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex contentis Scripti eiusdem manualis non completa complenda Citati existentes memorati Recognoscentes Magnifici Georgius de Tenczyn Ossolinski Capitaneus Dewicsuiensis et Alexandra de Bełzec Coniuges Legitimi sive eorum Successores ad instantiam præfati Generosi Petri Pauli a Buzenin Mniszek Notarii Terrestris Premysliensis vel eius Posterorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Premysliense, extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, Iuri parere, respondere. Damna præfata Terrestria simpliciter taxata Luere, Inscriptioni præsenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt

et tenebuntur, seque ac suos Successores, ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primo peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorenitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, vel aliis quibusvis Dillationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitaneatus Premysliensis Terminos, Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel inplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalis Iuris, praescriptione Terrestri bello, Convertione neque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis circa dendo, Atque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria sexta ante Festum Sanctae Margarethae Virginis & 10/VII Martyris proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

Matkowska Matkowskiemu Budzowiczowi Donat.

777 Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatibus Premysliensibus Nobilis Marina Matkowska olim Nobilis Ilia Matkowski Kostkowicz, cum olim Nobili Marina Kopystenska Consorte eius legitima procreata Filia, Nobilis vero olim Procopii